

1762.

1. Aemlinga, Siegfried Caes., ac : De sufficientia sectionis vulnerato vivente.
2. Aemlinga, Siegfried Caes., ac, fac. / iur. seruum : ad dissertationem suam : De sufficientia sectionis vulnerato vivente", quam ... Iohannes Fridericus Wunderlich ... ventribus, invadit, immundaque : de poena letaliter vulnerantes, et le paena letali vulneratum, illum interficiuntur dicit.

1763.

1. Aemlinga, Siegfried Caes. : De eo, quod justum est circa renovationem rationum incidenti ab actis in casu transmissionis actionum.
2. Balthasar, Augustinus, sc. : De debito, ex mercibus ventribus residuo, per novationem in mutuum gratiarum immatato, jure prestatonis ex jure labe-
couri impendente

1764.

1. Remmings, Siegfried Caes., ab: *Nun prescriptio sit
juri naturalis vel gentium, necne, sed merciorum?* 3.
2. Breitkopfher, Franz. Phil.: *De origine curationis mea-
rum ac progressu usque ad tempora Justiniani.* 1,
3. Koelpin, Alexander Bonhag: *De Ieo ex formatione
ossium cognoscendo.* 1.

1765.

- Friedrichi Chrysostomus Constantii Thelium: *De donationibus vera
legis:* ~~autem scriptis~~ si a sposo lib. C.: *De donationibus
ante nuptias indele, interpretatione aliquae non
practicis, maxime in foris Romane. Germanisch.* 3

1766

1. Remmings, Siegfried Caes., ab: *De revocatione erroris
ab advocate commissarii*
2. Imen, Emanuel Christoph, von: *Lectiones suas academicas
remates indicat aliquae simil: De revocatione contractus*

Locutionis et conductionis Discret.

3. Schlichtkrut, Christ. Nicol.: De obligatione dictoris sollicitum promissione in moneta tempore solutionis recepta, propriis substa mutatione monetar.

1767.

1. Koenigsinga, Siegfried Caso, ab: De eo, quod iustum est circa legata et prius causas.

2. Ahlwardt, Petrus: De nexu inter theologiam naturalem et revelationem

3. Ahlwardt, Petrus: De nexu philologiae cum philosophia

4. Friderici, Christ. Caspari Wilhelmi: De magistratu caute in decernentis paucis arbitriis procedente
1768.

1. Koenigsinga, Siegf. Caso: De divorce et separatio ob furorum cagoscendo.

2. Balduinus, *de jure successione ab
interficio ex iure habecens*.

3. Becker, Hermannus : *De actione hypothecaria legi
lariis ex l. l. C. Comm. De legal. contras caderedes
competente non ipso iure divisum.*

4. Beckerus, Hermannus : *De iure de non evocando.*

5. Becker, Hermannus, *Fac. iuris Vene Decimus* : *Disse
latronum inang: De iure de non evocando, ab Iohann
Rudolpho Becker . . . pro summis in utroque iur
demonibus . . . cependendis . . . examini subjicitur
iam . . . indicat, et ad eam invitat, problemi
discursus professorio : quo meditationes quodam :
de privilegiis & de non evocando cinctetum numer
cipalium tamquam indole intuitu fori delict
exponit.*

1768.

6. Becker, Hermannus: *X. differentiis quas hanc inter
spolia et alias injectionum species...*

7. Becker, Hermannus, *Fu. juris Dcas: ad Divitie-
lionem in ang. differentias quasdam inter spolia et
alias injectionum species sistenter, quam ... Hermann
Fridericus Beckmann ... pro summis in utroque
jure honoribus ... capessendio ... ventilabit,
inventis: insimulque gastronomi, anet quatenus
coloro remedium spolia competitore possit,*
exponit.

1769.

Mahrbeck, Joannes Christopherus: *X. prudentia pri-
cipis circa fædera.*

und Teller, die man von einem der
Tischsets abnehmen und verteile
n. Dies verhindert nicht dass
dort die Tische auf einer Seite
die anderen auf der anderen Seite
sind und dass die Tische auf einer
Seite zusammen und auf der anderen
seitig angeordnet sind. Das
ist eine sehr gute Idee und es ist
sehr einfach umzusetzen. Ich
habe es jetzt gemacht und es funktioniert
sehr gut. Ich hoffe dass es Ihnen
auch gefällt.

Q. D. T. O. M. B. V.
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

1762/1

ADOLPHO FRIDERICO IV.

DUCE REGNANTE MEGALOPOLIS
PRINCIPE VANDALIÆ SVERINI ET RACEBURGI COMITE SVERINEÑSI
TERRARUM ROSTOCHII ET STARGARDIÆ DOMINO ETC.
ORDINIS SERAPHINORUM ET AQVILÆ ALÆ EQVITE AURATÆ

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE
**SUFFICIENTIA
SECTIONIS VULNERATO
VIVENTE.**

QVAM
SUB PRÆSIDIO
VIRI
GENEROSSIMI ATQVE CONSULTISSIMI
SIEGFRIED CÆSO AB ÆMINGA
JUR. U. D. ET PROF. LONGE CELEBER. CONSIST. REG. ADSESS. GRAVISSIMI
ET P. T. DECANI FAC. JURIDICÆ SPECTATISSIMI
PRO SUMMIS IN UTROQVE JURE HONORIBUS
RITE OBTINENDIS

DIE XX. APRILIS ANNI MDCLXII
PUBLICÆ ERUDITORUM DISQVISITIONI SUBMITTIT
JOANNES FRIDERICUS WUNDERLICH
HAMBURGENSIS.

GRYPHIS WALDIAE
LITTERIS A. F. RÜSE, REG. ACAD. TYPOGR.

ADOLPHUS HILDEBRAND
SUEVICUS VENETUS
EGERIUS CADAO AVMICIA
JOANNES IERONIMUS MELDORIUS

TU
INCLYTÆ
REIPUBLICÆ HAMBURGENSIS
SENATUI AMPLISSIMO,
PERILLUSTRIBUS,
MAGNIFICIS,
EXCELLENTISSIONIS,
PRUDENTISSIONIS, CONSULTISSIONIS,
GRAVISSIMIS,
DNN. DNN. DNN.
CONSULIBUS,
SYNDICIS,
SENATORIBUS,
PROTONOTARIO,
ARCHIVARIO,
SECRETARIIS,
AC
ARCHIVARIO ADJUNCTO,
PATRIBUS PATRIÆ OPTIMIS,
DOMINIS AC PATRONIS
MAXIMOPERE SÙSPICIENDIS.

UT.
HOC. SPECIMEN. INAUGURALE.
VOBIS.
VIRI MAGNIFICI.
EXCELLENTISSIMI. AMPLISSIMI.
OFFERATUR.
POSTULAT. PIETAS.
QVA.
VOBIS. SATISFACERE.
CUPIT.
SALTEM.
PRO.
MAGNA. VESTRA. BENEVOLENTIA;
QVOD. UT. BENIGNITER.
IN. GRATITUDINIS. SIGNUM.
EXCIPIAS.
ROGAT. GRATQUE.
HUNC. CUMULUM.
SUMMI. FAVORIS. VESTRI.
NON. SOLUM.
MAGNA. ANIMI. OBSERVANTIA.
AGNOSCET.
VERUM. ETIAM.
VOTA.
AD. DEUM.
PERSOLVET.
UT.
SALVI. INCOLUMES. FELICES.
LÆTI.
IN. NESTOREAM. ÆTATEM.
VIVATIS.
MAGNIFICENTIARUM
ET.
NOBILISSIMARUM AMPLITUDINUM
VESTRARUM
OBSEQUIOSISSIMUS CULTOR
J. F. WUNDERLICH.



DE
SUFFICIENTIA SECTIONIS
VULNERATO VIVENTE.



§. I.

In Dissertatione Juris Criminalis de fundamento defensionis quod in vitiosa aut omissa cadaveris occisi inspectione judiciali ponitur, quam haud ita pridem duobus quidem actibus publicis disquisitioni eruditorum submisit Generosissimus Dominus Praeses, primis jam jam lineis in §. 22. sententiam suam circa thema propositum designavit, quam ex consilio lau-

A

dati

dati excellentissimi auctoris meam facere , & casum propositum, quem illi pro instituti forsan ratione prolixius explicare haud licuit, de quo tamen non omnes idem sentiunt, dissertatione hacce inaugurali uberius pertractare , operæ pretium esse judicaverim.

§. 2.

Statuit Consultissimus Dominus Praeses in §. cit. homine vulnerato, lustrationem partis primariae læsæ sufficere, si ex membro amputato lustrato lethalitas vulneris sat luculenter appareat, nec alia signa læsionis circa externa corporis conspiciantur, & tunc prolixiori indagatione & sectione cadaveris, ac viscerum evolutione haud opus esse contendit: Quodsi vero de lethalitate vulneris ex vulnere lustrato, & membro cultro anatomico subjecto nondum sufficienter appareat, aut si plures læsiones corporis conspiciantur, consultius esse duxit, plures inspiciendo & secando indagare partes, & interna quoque corporis perquirere, annon in iisdem par aut potior mortis causa possit explorari.

§. 3.

Ne tamen existimes, nos contradictoria propone-re, dum de cadavere viventis agere instituimus: Scias nos

nos casum rariorem quidem, aliquando tamen obvenientem, & tempore belli frequentiorem indigitare, quo vulnus in parte quadam externa corpori humano inflatum, quæ pars corporis salva vita amputari potest, & amputatio vivente vulnerato ad conservationem vitae necessaria judicatur. Casus illi belli præsertim tempore frequentiores sunt, ubi brachia & pedes miseribus vulneratis amputantur, quibus aliquando vita conservatur, saepissime vero privatur.

§. 4.

Casus istiusmodi in hacce civitate, actis criminalibus commonstrantibus, haud ita pridem contigit juveni, sanæ cæterum corporis conditionis, cuius dextrum brachium superius interne oblique versus extremitatem & condylum ossis humeri inferiorem hora quarta pomeridiana cæsim vulneratum: Qua læsione vena cephalica plenarie fuit dissecta; vulnus præterea musculum bicipitem & brachium internum superiora versus usque ad ossis humeri substantiam penetraverat, arteria brachialis cum nervo adjacente ad dimidiā usque partem erat incisa.

Sinistra adhibita medela chirurgica in compescenda hæmorrhagia ac vulneris deligatione subsequenti nocte

A 2

jam



jam eo pervenit, ut totum brachium anterius infra vulnus infictum gamgrænosum ac in sphacelum trahiisset. Postero die ad vitam conservandam in distantia quadam supra vulnus parte nimirum adhuc viva, amputatio secundum regulas artis fuit instituta. Primis tribus diebus post operationem febris vulneraria & inflammatoria cum intermixtis convulsionibus multum fæviit. Quarto die omnia leviora apparuerunt, ac mutata deligatione vulnus initium bonæ suppurationis præbuit. Vespertino vero tempore dicta febris novum summis incrementum ex prægresso algore & rigore, cum subsequente æstu & dolore ardente in abdomen ac totius lateris dextri. Hæc symptomata non solum per noctem perduraverunt, verum etiam altera die graviora facta, cum redeuntibus circa meridiem motibus convulsiis hora tertia a meridie febre gangrænosa æger diem obiit supremum.

§. 5.

Index loci actis commonstrantibus negligentiae pariter ac ignorantiae ab ipsis imperitis ex imaginaria tamen eruditionis persuasione superbis nafonibus arguebatur, quod totum corpus paucis interjectis diebus demortui judicialiter haud inspeciendum ac per instrumenta

menta anatomica explorandum curaverit, sed in secti-
one brachii, vulnerato vivente, acqueverit.

§. 6.

Cohors rabularum, quibus major ignorantium numerus, ut audivi, sese associaverat, calumniis & increpationibus in totum Collegium literatis conspicuum inve-
hebatur, cum tamen minor pars seniorum ejusdem Collegii, ut acta illa criminalia edocent, ad Consilium Magnifici tunc temporis dirigentis initio solummodo fuerit adhibita, & casus ad notitiam juniorum illius Collegii membrorum, inter quae Consultissimus Domi-
nus Praeses, qui sententiam suam super hocce casu in voto plenius explicavit, connumerabatur, non nisi re haud amplius integra, demortuo nempe jam jam se-
pulto, fuit delatus, qui tamen increpationes haud fundatas esse in voto suo perspicue contendit, cui pro-
cessum post dirigenti reliqua Collegii membra assensum
haud denegarunt.

§. 7.

Cum vero extranea Facultas Juridica ad quam acta illa criminalia ad sententiam hauriendam fuerunt transmissa, rationem aliqualem decidendi inter alia pro mitiganda poena ordinaria in eo fundasset, quod cor-
pus vulnerati demortui cultro anatomico haud fuisset

A 3

sub-



subjectum, facile credendum, calumniatorum supra dictorum spiritus sese extulisse, & falsis ipsorum persuasionibus ac imprecationibus cumulum inde accessisse. Sed victoram cecinerunt turbulenti illi viatores ad modum hostium prostratorum, qui rebus expeditoriis, trophyis ac tormentis relicitis fugati ac prostrati campum deseruerunt.

§. 8.

Falso enim sibi persuaserunt, & jactitaverunt, dictam Facultatem Juridicam primariam rationem decidendi pro mitiganda poena ordinaria in omissa sectione totius corporis posuisse, siquidem leviorem quandam & minus principalem rationem decidendi accessoriam in illa solummodo posuit & non nisi incidenter, postquam animum occidendi in accusato removisset, & in male applicata & secundum regulas artis haud peracta prima ligatura, & in nimia ejusdem compressione causam grænæ & hinc infœcta mortis posuit, mentionem omissæ sectionis fecit, & quidem sine omni ratione contra acta, verbis: Nachdem zu Verhütung des Fortganges des schon angegangenen kalten Brandes, der Arm abgenommen worden, die Nothwendigkeit erfodert hätte die Wunde dieses Arms zu besichtigen, welches aber in dieser Sache gänzlich unterlassen worden, folglich

* * *

lich dessen Unterlassung dem Angeklagten unsreitig mit
beytritt. Pudeat merito Facultatem Juridicam acta ita
negligenter & oscitantur perlustrasse, in re tam ardua cri-
minali, cum re vera sectio vulneris & brachii amputati
per artis peritos fuisse instituta, eademque diligenter ad
acta notata.

§. 9.

Præterea perpendere debuissent insipidi illi cavilla-
tores veritatem non ex multitudine dissentientium & ex
sententiis aliorum esse commensurandam, siquidem
notum est multitudinem errantium errori haud parare
patrocinium, sed eandem potius in ipsa rei natura &
fundamento, actionumque fine esse quærendam eamque
investigandam magis fuisse, quam aliorum opinioni
cœco impetu inhærendum.

§. 10.

Sic in hoc casu perpendendum fuisse, postquam
de vulnere ejusque ligatura & effectibus in reliquas
corporis partes, & in totum corpus humanum,
nec non de omnibus circumstantiis exstantioribus cir-
ca vulnerationem, ligaturam, & curam constitut, an
sectione membra amputati instituta, secantes sectio-
nemque illam jubentes ac dirigentes finem sectionis
judicialis fuisse assecuti, nec ne, sin prius ul-
terior



terior sectio cadaveris superflua judicanda, si posteriorius, ulterior adhuc suisset instituenda. Quam inspectiōnem æque ac sectionem judicialem Imperator CAROLUS V. binis Articulis Constitutionis Criminalis in casu homicidii, ne quicquam incertitudinis supersit, sequentem in modum ordinavit: Art. 147. So einer geschlagen wird, und über etliche Zeit darnach stirbe, also, daß zweifelig wäre, ob er der geflagten Streiche halber gestorben wäre, oder nicht, in solchen Fällen mögen beyde Theile, (wie von Weisung gesetzt ist) Kundschaft, zur Sachen dienstlich stellen, und sollen, doch sonderlich die Wund-Aerzte, der Sach verständig, und andere Personen, die da wissen, wie sich der Gestorbene nach den Schlägen und Rumor gehalten habe, zu Zeugen gebraucht werden, mit Anzeigung, wie lang der Verstorbene nach den Streichen gelebet habe? Und in solchen Urtheilen die Urtheiler bey den Rechts-Verständigen, und an Orten und Enden, wie zu Ende dieser unser Ordnung angezeigt, Raths pflegen. Item; Art. 149. Und damit dann in obgemeldten Fällen gebührlich Ermessung und Erkenntniß solcher unterschiedlichen Verwundung halb, nach der Begräbniß desto minder Mangel sey, soll der Richter samt zweyen Schöpfen, dem Gerichts-Schreiber, und einem, oder mehr Wund-Aerzten, (so man die haben,

ben, oder solches geschehen kan) die dann zuvor dazu bestimdet werden sollen, denselben todten Körper vor der Begrabniß mit Fleiß besichtigen, und all seine empfangene Wunden, Schläge, und Wurff, wie jedes erfunden, und ermesset würde, fleißig merken, und verzeichnen lassen.

S. 11.

Quodsi modum procedendi in casu proposito, quo brachium vivente vulnerato amputatum rite inspectioni ac sectioni fuit subjectum, æqua lance quis ponderaverit atque secundum articulos allegatos examinaverit, nullus dubitabit æquus ille rerum arbiter assensum nobis in hoc præbere, quod Magistratus sectionem illam ordinans ac jubens æque ac artis chirurgicæ periti secantes finem in legibus citatis præscriptum assecuti sint. Ad supra dictam Facultatem Juridicam H. quod attinet, ex ipsis etiam rationum decidendi supra allegatis verbis apparet adstipulatam potius eandem fuisse nostræ sententiae in eo quod sufficientem declaraverit inspectionem ac sectionem brachii vulnerari amputati, quam quod totius corporis sectionem necessariam ad effectum poenæ ordinariæ existimaxerit, & recte quidem.

S. 12.

Nam sectionem cadaveris occisi eum in finem Imperator Carolus V. ordinavit, seu potius in casu dubio

B

fasit,



suisit, quod ipsa verba articulorum supra allegatorum innuunt, quippe quæ absolutam necessitatem sectionis illius judicialis in omnibus homicidii casibus; dum specialem dubium solummodo notarunt, plane excludunt, ut veritas & certitudo lethalitatis vulneris inde eruatur ac dederuntur in casibus dubiis.

§. 13.

Judex itaque qui pro arbitrio suo inquiret & determinabit, an circa casum obvenientem, quo vulneratus post aliquod temporis intervalum ex quo vulnus ipsi inflictum, mortuus est, dubia ista occurrant, quæ absolutam ac necessariam discussionem requirunt, ante quam poena ordinaria dictari possit, judicabit etiam ex consilio artis peritorum quounque in sectione illa sit procedendum, an in sectione partium corporis laetiarum sit acquiescendum, an ulterius, & ad indagationem & lustrationem internorum cæterarumque corporis humani partium sit procedendum.

§. 14.

Omnis res eo redit, an causa mortis ex parte quædam membra vulnerati amputata sic satis jam appareat, necne? De hacce mortis causa si certo jam appareat, quid quæsto ulteriori corporis humani inspectione ac sectione erit opus?

§. 15.



§. in 15. attendens utrum illud

Sed anno huic sententiae contrariari videntur ipsi Articuli 147. & 149. Constitutionis Criminalis Carolinæ allegati, qui de homine vulnerato, qui post aliquod temporis intervallum ex quo vulneratus est animam efflavit, non vero de membro disponunt, indeque Imperator ordinasse videtur, quod totum cadaver illud demortuum judicialiter sit inspiciendum, & ante sepulturam cultro anatomico subjiciendum, præfertim vero articulus ultimus, allegatus circa finem id innuere videtur, per verba: *Denselben todten Körper vor der Beerdigung mit Fleiß besichtigen*, cum antea de homine vulnerato demortuo, non vero de parte corporis humani seu de membro quodam sermo fuit: Hinc judici in sectione membra vulnerati amputati haud acquiescendum, sed totum corpus humanum secundum esse, & expressio dispositiva antecedens: *Soll der Richter ic. necessitatem illius sectionis totius corporis omnino involvere videtur.*

§. in 16. utrum obnoscatur

At enim vero Imperator, ut saepius monitum est, de casu dubio loquitur, de vulnerato nempe & quacunque alia ratione laeso, qui post aliquod temporis intervallum, ex quo vulneratio & laesio illa contigit, mortuus est, indeque dubium subnoscatur, utrum laesio illa cau-



sam mortis præbuerit, an mors ex alia quadam causa
contracta sit.

§. 17.

Quodsi itaque casus non dubius & certus, seu ad certitudinem redactus adsit, si nempe in continentia accepto vulnere quis periit, & in illo casu ex ipsa Articulorum CCC. supra allegatorum dispositione de casu contrario agente, sectio plane omitti possit, ut in Dissertatione citata sic satis deducrum & probatum est, nec etiam dubitandum erit, quin & tunc ex eadem ratione ulterior inspectio & sectio omitti possit, si legalis inspectio pariter ac sectio partis ejusdam corporis humani instituta, ac membrum vulneratum amputatum diligentiori lustrationi artis peritorum, & instrumentis anatomicis jam sic satis fuit subjectum, indeque de causa mortis certo constat, siquidem & haecesse lectio specialis membra amputati vulnerati, quae ad certitudinem illam indagandam suscepta est, omnino ad finem illam obtinendam aliquando pro sufficienti haberi poterit.

§. 18.

Præterea etiam Imperator Carolus V. sat caute & prudenter in constitutione sua criminali inter inspectiōnem & sectionem distinguit, siquidem verba supra §. 10. allegata Articuli 149. denselben rodren Edörper mit

mit Fleiß besichtigen, clare & distincte de externa corporis inspectione agunt, in sequentia vero, und alle seines empfangene Wunden, Schläg und Würff, wie der jedes funden und ermesset würde, fleißig merken und verzeichnen lassen: de sectione vulnerum & accurata lustratione tam externa quam interna partium læsarum in specie disponunt.

§. 19.

In casu enim illo substrato dubio ex mente Imperatoris, quæ ex ipsis Articuli citati verbis sat aperte conjici poterit, judex præter omnes circumstantias initio ponderandas, & omnia signa externa attendenda, inquirat annon læsiones quædam appareant, & annon ex situ corporis ac loci, ex vestibus, armis, ex instrumentis ibidem forsan invenis, ex tramitibus cæterisque circumstantiis indicia, quæ indagationem ulteriorem circa homicidium ejusque qualitates desiderant, sint deducenda, totum corpus omnino inspiciendum, & omnia signa externa sunt attendenda & annotanda, antequam ad sectionem & dilacerationem vulnerum & partium læsarum procedatur, indeque causa mortis tam per inspectionem corporis, quam per sectionem vulneris, quantum fieri potest, indagetur.

B 3

§. 20.

Quodsi itaque circa externa corporis nulla dubia ratione vulneris & causæ mortis supersint, quod sëpe accidit in notoriis, tunc illud mit Fleiß bestigien intuitu totius corporis merito cessabit, aut minimum foret superfluum, & sufficiet partes læsas secaſſe, siquidem utraque & inspectio & sectio cadaveris occisi columnando in casibus dubiis ab Imperatore ad veritatem indagandam & certitudinem constituendam est adornata: Et si veritas illa, & certitudo jam adſit, aut ex membro quodam corporis vulnerato lustrato sic fatis apparet, & certo conſtet, an vulneratus ex vulnere perierit, nec ne, tunc iudex ulteriori inspectiohi & sectio ni corporis humani, circa quod nulla dubia supersunt, tuto supercedere poterit.

Sic inter alia ratio ulterioris sectionis totius corporis, vulnerato nonnullis interiectis diebus demortuo, tunc præsertim cessabit, cum non nisi unicum vultur defuncto fuit infictum, in quo occasio infecutæ mortis sineſtæ unice quaerenda, illudque notorium est, & cum sectio membra amputati ab arte peritis jam instituta est, omniaque symptomata, quæ supervenerunt, ex principiis medicis concatenatedo ordine ex prima origine

gine vulneris usque ad finem vitæ ad unguem usque
deducta sunt à Medicis æque ac Chirurgis.

certitudinem quod vulnerum causa mortis est.

Jam cardo rei in eo hæret, utrum in casu illo de
quo nobis sermo est certitudo sufficiens jam adfuerit
circa vulnus & mortis eventum, an vero dubia adhuc
enodanda superfuerint, quod ulterius negandum, prius
vero ex ipso casu supra in §. 4to relato, & ex relatio-
ne Dominorum Medicorum curantium, & Chirurgo-
rum operantium, qui a consiliis fuerant, & exhibiti
erant, affirmandum, ex quibus appetet ab origine vul-
neris usque ad finem vitæ de causa mortis ex primis
principiis deducta sat luculenter constare: Diæta nempe
vulnerati, remedia tam interna quam externa vulnerato
applicata, tempora applicationum Medicamentorum,
aliæque circumstantiae notatu dignæ a pluribus arte
peritis erant annotatæ, vulnus postea brachii amputati
caute instrumentis erat apertum, examinatum, elotum
spongia mundatum, & mediante sectione lustratum, in-
de que causa mortis ad certitudinem, quantum quidem
sieri potest, de qua etiam ante illam sectionem ex ipsa
adhibita medela atque cura sic satis jam constabat, ad
nauseam usque pro superfluo erat redacta.

§. 23.

cupatur resurgere haec omnia §. 23.

Siquidem ex dictis artis peritorum Medicorum & Chirurgorum relationibus harmonice conspirantibus constabat, ex imperita ac sinistra medela chirurgica primum adhibiti chirurgi circa compescendam hæmorrhagiam, & primam vulneris deligationem, gangrenam, & ex gangræna mortem accidisse: Cum itaque de hoc certo constaret, quid quæsto ulterior inspectio & lectio totius hominis postea defuncti, sectione membris vulnerati amputati rite jam, sed ex superfluo magis, quam ex necessitate instituta, adhuc fuissest instituenda, cum illa non nisi supervacanea habenda, indeque nec magistratui incubuit frustra sese foetori cadaveris exponere, nec arte medica ac chirurgica peritis superfluæ ac nocivæ potius quam salutari inspectioni ac sectioni ulteriori vacare, cum nihil per sectionem ulteriore explorari potuisset, quod non antea iisdem jam innotuit.

§. 24.

Ad certitudinem illam caeteroquin, an vulnere quis perierit, in genere quod attinet, an illa per sectionem adhuc sit exploranda, nec ne Gener. Dominus Praeses in Dissertatione saepe laudata sic satis jam evitatum dedit, determinationem ejusdem religioni & prudenter

dentiæ judicis ut plurimum esse committendam, qui
 in casu quo de animo occidendi & morte ex vulnere
 secuta certo constat, objectionem illam parum curabit,
 quod rarissime, immo nunquam fere casus homicidii
 omnibus dubiis sint absoluti, quin ad minimum ex
 possibilitate objectiones obmoveri possint, utrum de-
 functus ex vulnere, an ex alio casu accidente perie-
 rit: siquidem certitudo corporis delicti mathematica
 & absoluta etiam ad poenam ordinariam dictandam
 non est supponenda, quippe quæ in factis humanis ra-
 rissime, nec etiam in casu homicidii per sectionem
 aliamve probationem in foro alioquin sufficientem ha-
 berri poterit, siquidem & prudentissimis artis Medicæ
 & Chirurgicæ peritis, ceterisque testibus, humani
 quid accidere potuit, ut forsan erraverint, quippe qui
 etiam in casu sectionis vix ultra credulitatena deponere
 valent, sed sufficit certitudo moralis quam res hu-
 manæ admittunt, & summus gradus probabilitatis,
 quo judici fides juridica conciliatur, cædem revera
 dolo fuisse commissam.

§. 25.

Nec judex cordatus cui modo jure & ratione
 probato fides juridica de homicidio doloso facta, cu-
 rabit

C



rabit quævis dubia levia, ad quæ defensores refugere solent, & judicem inde ad applicationem regulæ, quod in dubio in mitiorem partem sit inclinandum commovere annituntur: Dubia enim ut recte in Dissertatione sœpe allegata statuitur, quæ judicem a rigore juris in mitiorem sententiam flectere valent, non affectata & levidensia, sed graviora & solida ratione subnixa esse debent. Itidem nec judex curabit insulsa & lepidas objurgationes cavillatorum qui in casu non dubio innocentiae, sive nocentis, quidem ratione vulnerationis, sed cum certo constet, vulneratum non ex vulnere diem obiisse supremum, sectiōnem defuncti superfluani duxit, & inde eandem planè omisit, aut in sectione membrū vulnerati amputati acquievit.

§. 26.

Cum itaque in casu supral allegato causa mortis omnis dubiis ratione quadam suffultis absoluta fuit, inde que ulterior sectio pro plane superflua habita recte omissa est; Ratio decidendi pro absolutione vulnerantis a poena ordinaria, & pro poena extraordinaria dictanda, inter alia potius in defectu animi occidendi, quem facultas supra dicta recte attendit, & in supina cura chirurgi

rurgi circa prima ligamenta vulneris, quam in omis-
sa sectione cadaveris collocari potuit ac debuit, unde
vulnus, quod per se lethale non fuit, per accidens
illud lethale factum, quippe quod omnino curari po-
tuisse, cum sat tempestive chirurgus fuit requisitus,
& adhibitus, si debita ab initio a chirurgis adhibita
fuisse diligentia, siquidem vulnus hocce per se & ab-
solute non fuisse lethale, quotidiana nos edocet expe-
rientialia, dum videmus homines vivos incedere, qui
brachio sive uno, sive ambobus, sive pede pedibus-
que, flebili quodam casu, fuerunt privati: Imo ipsum
funestum bellum quod hodie adhuc graffatur, & cu-
jus finem quivis bonus exoptat, plurimas tristes pro-
duxit reliquias istiusmodi miserorum membro, mem-
brisve dictis privatorum, quae partim & necessitas
amputanda fusalit, quos cæterum vivos ac sanos con-
spicere licuit.

S. 27.

Interea tamen uti fraudendum statuit Generosiss.
Dominus Praeses in Dissertatione saepius allegata, in-
spectionem æque ac sectionem legalem in Constitut.
Crimin. Carol. in casibus dubiis præscriptam in casi-
bus

bus etiam non dubiis adhiberi, ut cavillationibus defensorum via præcludatur, sic & in casu illo obveniente, ubi sectio aliqua membra amputati vulnerato vivente jam instituta est, ulterior sectio corporis humani post defuncti, quamvis cæteris paribus pro superflua aliquo modo haber possit, ex eadem quidem ratione haud erit dissuadenda: Quo ipso tamen thesis illa de rejecta absoluta sectionis ejusdemque continuationis necessitate destructa manebit.

§. 28.

Judex nempe pro arbitrio suo, quæ utramque facit paginam, ex consilio medicæ ac chirurgicæ artis peritorum, determinabit, quo usque sectio illa sit continuanda, & iteranda, pro dubiis illis circumstantiis quæ in casibus obvenientibus forsan occurront.

§. 29.

Quodsi circumstantias illas rite ponderaverit, & non superfluam solum, sed & nocivam imo aliquando ridiculam duxerit ulteriorei inspectio-

nem

6. 22. 23.

nem, ac sectionem corporis humani, judex recta conscientia securus parum curabit artes defensorum in astutias s^epe & calumnias degenerantes, quas & recte ridere potuit, in casu supra memorato, quem sub examen vocavimus, in quo ulterior sectio cadaveris fœtentis incommoda pariter ac nociva risum apud prudentiores movere potuisset, & judex inde ex dictis rationibus sat sufficientibus tuto & recte ulteriore illam otiosam putidam operationem omittere potuit.

§. 30.

Prævidendum quidem est nos in conscribenda hacce Dissertatione actum plane egisse pluribus videri, cum præjudicium illud de absoluta necessitate sectio-
nis corporis humani sine lege & ratione ex perversa
consuetudine introducta, in omnibus casibus homi-
cidii indistincte tam altas radices egerit, ut illud
vix extirpari potuerit, & mundus qui falsis ac per-
versis regitur opinionibus, usque adeo imbutus est,
ut vix ad saniora per prudentissimas etiam & sanæ
rationi ac legibus conformes repræsentationes rever-
tatur, sufficiat tamen, & solatio nobis esse poterit,
nos

nos ex convictione veritatis legibus haud contrarias proposuisse. Incredentes stulti majori errantium numero adhaerentes pertinaciores, modo nonnulli, quod tamen speramus, præjudiciis majorum haud ita præoccupati, nobis assensum suum haud denegaverint.

T A N T U M



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-265738-p0038-9

Greißwald, Drss., 1762-63

ULB Halle
005 372 011

3



Q. D. T. O. M. B. V.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

ADOLPHO FRIDERICO IV.

DUCE REGNANTE MEGALOPOLIS

PRINCIPES VANDALIAE SVERINI ET RACEBURGI COMITE SVERINENSIS
TERRARUM ROSTOCHII ET STARGARDIAE DOMINO ETC.
ORDINIS SERAPHINORUM ET AQLILAE ALBÆ EQVITE AURATODISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE**SUFFICIENTIA
SECTIONIS VULNERATO
VIVENTE.**QVAM
SUB PRÆSIDIO
VIRI

GENEROSISSIMI ATQVE CONSULTISSIMI

SIEGFRIED CÆSO AB ÆMINGA

JUR. U. D. ET PROF. LONGE CELEBER. CONSIST. REG. ADSESS. GRAVISSIMI

ET P. T. DECANI FAC. JURIDICÆ SPECTATISSIMI

PRO SUMMIS IN UTROQVE JURE HONORIBUS
RITE OBTINENDIS

DIE XX. APRILIS ANNI MDCLXII

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQVISITIONI SUBMITTIT

JOANNES FRIDERICUS WUNDERLICH
HAMBURGENSIS.

GRYPHISWALDIAE

LITTERIS A. F. RÖSE, REG. ACAD. TYPOGR.

